Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0002-6

TOEPFFERVM

THEOLOGVM SERVESTANVM

DOCTRINAE INTEGRITATE ET VITAE SANCTITATE

FLORENTISSIMVM

MORTALITATI EREPTVM

LVGET

IOACHIMVS SAMVEL VVEICKHMANN D

VITEMBERGAE SAXONVM
M DCC LIII

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0003-2

Cum TOEPFFERE meas TVA mors perſertur ad aures
Conqueror, et lacrymis pluribus ora fluunt.

O Deus omnipotens, qui uitae tempora figis,
  Hunc cur tam ſubito ducis ad aſtra uirum?
Quo moriente cadit Serueſtae gloria magna,
  Occidit illuſtris lumen honoſque Scholae
Qui uerbum coluit coeleſti numine ſcriptum,
  Caſtae, dum uixit, relligionis amans
Hanc edocta fuit ſtudio inflammata iuuentus,
  Doctoris ſolidam quam uenerata fidem?

Hac coetus Chriſti pretioſo ſanguine partus
Aeternae didicit grande ſalutis opus.
Hac oſtenſa ſtatim fallacis dira pericla,
Doctrinae, ſpargit quam ſtygius coluber.
Pro quibus officiis non uanos quaerit honores,
Non fluxas auido pectore quaerit opes.
Sed TE, ſumme Deus, ſpectat, TE laudibus effert,
Nec ſibi, ſed Chriſto, uiuit ubique pie.
Dotes eximias tot nobis eripit atra
Nox, et praeclaris mors inimica uiris.
Si quis enim propter uirtutis ſplendida facta
Neſtoreos annos tangere dignus erat,
TOEPFFERVS poterat ſupremum ducere tempus
Certe, ornamentis ingeniique frui.
Sed iacet exanimis toti chariſſimus urbi,
Quae, quid perdiderit, moeſta capit, decoris.

Queſtibus his noſtris Deus intercedit amaris,
Cauſſas tam placidi commemorans obitus.
Seruo conſtanti mature gaudia Coeli
Nunc tribui, toto pectore quae cupiit.

Namque indignus erat mundus uirtutibus illis,

Quarum TOEPFFERVS plurima ſigna dedit.

Hinc minui trepidam ſupremi temporis horam,

Non mors, ſed ſomnus, lumina feſſa ſubit

Admiror tacitus ſapientis Numinis alta

Conſilia, et mortem diſcupio ſimilem.

Seda ſolicitum iam Gens TOEPFFERA dolorem,

Auxilioque Dei triſtia fata leua.

Defuncti eximium nomen laudeſque manebunt

Quas Serueſta colet tempus in omne memor.

78 M 404

ULB Halle 3
002 188 724

TA-70L

VD17 22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0008-0

62

TOEPFFERVM

THEOLOGVM SERVESTANVM

DOCTRINAE INTEGRITATE ET VITAE SANCTITATE

FLORENTISSIMVM

MORTALITATI EREPTVM

LVGET

IOACHIMVS SAMVEL VVEICKHMANN D

VITEMBERGAE SAXONVM

M DCC LIII

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-270930-p0009-9